Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



fructū tue sublimis. & exultatio his qui saluati fuerunt
de israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in syon. & resi
duus in iherusalem. sanctus uocabitur. omnis qui scriptus est in
uita in iherusalem. cum abluerit dominus sordem filiarum syon. &
sanguinem iherusalem lauerit de medio eius. spiritu iudicij. & spiritu
ustionis. Et creabit dominus super omnem locum montis sy
on. & ubi inuocatus est nubem per diem. & fumum. & splendo
rem ignis flamantis in nocte. Super omnem enim gloriam pro
tectio. & tabernaculum erit in umbraculum diei ab estu.
& in securitatem. & abscondionem a turbine & a pluuia.
Dixit dominus ad moysen. & aaron in terra egypti. Mensis iste.
Factum est uerbum domini ad ionam prophetam dicens. Surge uade.
Require in secta feria post passionem domini. xi lectio est
in diebus illis. Scripsit moysses canticum & docuit filios
israel. Precepit que dominus iosue filio nun & ait. Confortare.
& esto robustus. Tu enim introduces filios israel in terram quam
pollicitus sum eis. & ego ero tecum. Postquam igitur scripsit moysses
uerba legis huius in uolumine atque compleuit. precepit leuitis
qui portabant archam fedis domini dicens. Tollite librum istum.
& ponite in latere arche fedis domini dei uestri. ut sit ibi ora te
in testimonium. Ego enim scio intencionem tuam. & cervicem tu
am durissimam. Adhuc uiuente me. & ingrediente uobiscum
semper intencioses estis ira domini. quanto magis cum mor
tuus fuero. Congregate ad me omnes maiores natu per tribus
uestras. atque doctores. & loquar audientibus eis sermones istos.
& inuocabo ira eos celum & terram. Noui enim quod post mor
tem meam inique agetis. & declinabitis cito de uia quam p
cepi uobis. & occurrent uobis mala in extremo tempore. quando

Regre in pain
secuen. secta lec
tio est.